Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



130

in cisiforio palatii contra ostiu dom. Cuq; uidisset hester
reginā stantē placuit oculis eius. Et extendit contra eā uirgā
auratā quam tenebat manu. Que accedens osculata est summitatē
uirge eius. Dixeq; ad eā rex. Quid uis hester regina. Que est pe
ticio tua. Etiā si dimidiā partē regni mei petieris dabitur ei.
At illa respondens. si regi inquit placet obsecro ut uenias
ad me hodie et aman tecū ad conuiuiū. Qd et die tertia
induta est hester regalibus uestimentis. in qua ecclia gentiū tricio
tempore scilicet hoc est post incarnationē passionē et resurrecti
onē xpi in sacramento baptismatis p sce trinitatis confessionē
fide spe et karitate omniūq; uirtutū se induit decore.
ut inde regali consortio digna fieret cū eius amore perpetuo
incessanter fruerer. Que stat in atrio domus regie quod erat
interius contra basilicā regis hoc est in presentis uite pia opera
one que spectat ad futurā in celis remunerationē. ubi ipse
rex regū consedit supno solio et perib pie ad se claman
tiū annuit. Q extendit contra hanc reginā uirgā quā
tenet manu. cū ostendit illi regiminis sui potentiā et crucis
passionis suē p quā s acqsiuit potestatē in celo et in terra
et subtus terrā. ita ut in noie eius omne genu flectat celestiū
terrestriū et infernorū. Hanc quoque ipsa amabilit osculat
hoc est omni deuotione ueneratur. cui petitioni et ipse rex
spondet se assensurū sic in euanglio ait. Petite et dabitur
uob. querite et inuenietis pulsate et aperiet uob. et iterū. Petite
inquit et accipietis. ut gaudiū uū sit plenū. Gaudiū enim plenū
sce ecclie non alibi tribuitur nisi in peceptione regni celestis.
ubi cū xpo regit felix regina regnabit in eternū. At illa
data s electione petitionis inuitat eū ad cuiuiū suū qd
ei parauit.